



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

Capitvlo Mediolanensi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20006**

apud sedem apostolicam commorantes, qui de suo negocio diffidentes, ante causę discussionem, ut magis aggravarent Eduen. Ecclesiam, recesserunt, & ad venerabilem fratrem nostrum Bellic. Episcopum & dilectum filium Abbatem de Balerna & Priorem Boniloci per subreptionem, præfato nuncio Eduen. Ecclesiae ignorantē, literas (ut dicitur) reportarunt. Postmodum verò cùm præfato nuncio Eduen. Ecclesiae se quidam Balmen, monachus opposuisset, eis dilectos filios I. tt. sancti Stephani in cœlio monte Presbyterum & G. sancti Adriani Diaconum Cardinales concessimus auditores. In quorum præsentia cùm aliquandiu litigassent, & sua scripta eisdem Cardinalibus tradidissent, monachus ipse illicientius recessit & noluit sententiam expectare. Cùm igitur cuique simus in sua justitia debito, & nolimus aliquem de fraude sua commodum reportare, discretioni vestra per apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus convocatis ad vestram præsentiam partibus, si vobis constiterit Eduen. Ecclesiam à præfatis monachis prædictis terris & Ecclesiis præter juris ordinem spoliaram, vos ei auctoritate nostra prædictas terras & Ecclesiis cum fructibus inde perceptis, non obstante contradictione vel appellatione cuiuslibet, resignetis; prædictis literis nequaquam obstantibus, quas etiam morte præfati prædecessoris nostri credimus expirasse. Post restitutionem verò integrum ablatorum & expensarum quas Canonici Eduen. Ecclesiae in appellatione monachorum prosequenda, quam ipsi monachi prosequi non curarunt, se rationabiliter fecisse probabunt, audiatis si quid emerferit questionis, & illud sine debito appellatione postposita terminetis. Quod si ambo &c. tu frater Episcope &c. Datum Romæ apud sanctum Petrum, Idibus Maij, Pontificatus nostri anno primo.

eidem per apostolicam indulgentiam concessisset ut beneficia quæ habebat quando fuit ad officium pontificale vocatus, ei liceret usque ad triennium poscidere, & auctoritate illius indulgentiæ præbendam quam in Ecclesia vestra fuerat asseditus, integrè possedisset, ita quod in electione Archiepiscopi vestri sicut unus Canonicorum vocem habuit, & in venditionibus aliiisque negotiis Mediolanen. Ecclesiae, ipsius tanquam Canonici fuit requisitus assensus, & in instrumentis etiam manum subscriptionis apposuit, vos, super quo de prudentia vestra miramur, post appellationem ab ipso Episcopo ad nos interpositam, ex quo etiam iter arripuit ad sedem apostolicam veniendi, non expectantes terminum in ipsa indulgentia præfinitum, cùm ipse (sicut afferit) non renunciaverit indulgentiæ, in contemptum Ecclesiae Romane præsumpsitis de ipsa præbenda in ejus præjudicium ordinare, & eam quidam Clerico assignastis, ac domum ejus non estis veriti occupare. Nos ergo (si verum est quod afferitur) revocantes in irritum quicquid per vos contra formam præscriptæ indulgentiæ in præjudicium ejus noscitur attentatum, vobis per præsentia scripta mandamus atque præcipimus quatenus tam præbendam quam domum ei restituere minimè differatis, & antequam præscriptus terminus compleatur, cùm interim non intelligatur vacare præbenda, super ipsa nullum ei gravamen vel molestiam irrogatis; sed eum plena & quieta permittatis illius possessione gaudere. Alioquin noveritis nos venerabili fratri nostro Vercellen. Episcopo dedidisse firmiter in mandatis ut ipse auctoritate nostra sine appellationis obstaculo quæ præmisimus exequatur. Datum &c. v. i. i. i. Kalend. Iunij, Pontificatus nostri anno primo.

*Illi scriptum est super hoc.*

#### CAPITVLO MEDIOLANENSI.

**S**inceritatem eorum qui ferventiores in Ecclesiae devotione persistunt, Ecclesia Romana ampliori benignitate consuevit amplecti, & juxta meritorum suorum prærogativam eis debiti honoris gratiam impertiri. Insinuavit siquidem nobis venerabilis frater noster O. Episcopus Terdonen. quod cùm bona memoria Celestinus prædecessor noster

*Iunge caput  
Cum pro. De  
concess. præb.  
in Tertia Col-  
lectione.*

**ARCHIEPISCOPO SENONEN.**  
**C**VM olim dilectus fil. G. Abbas Flaviniacen. pro injuriis & gravaminibus quæ ipsi ven. fra. noster Episcopus Eduen. intulerat, ad sedem apostolicam accessisset, & ibidem non sine dispendio, si forte aliquis adversarius appareret, diutiū expectasset, tandem nuncij ejus post moram diutinam advenerunt: qui

*Epiſt. 188.  
Vt cogat Epi-  
scopum Educa-  
sem cum Abba-  
te Flaviniac.  
initiam concor-  
diam observa-  
re.*